



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

SS. Apostolorvm Collegivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

S. ANDREAE COLLEGIVM.

TEmplum istud in honorem S. Matthæi Apostoli *S. Bruno* XXV. Coloniensis Episcopus excitauit, atq; in eo monialium cœtum collocauit. Quibus paulò post amotis, collegium in eo Canonicorum constituit, S. Matthæi patrocinio in S. Andreæ commutato.

SS. APOSTOLORVM COLLEGIVM.

Collegij istius fundatores habentur *S. Heribertus* Archiepiscopus & Elector primus Coloniensis, eiusque successor *Piligrinus*, quorum posterior in ista SS. Apostolorum basilica sepeliri voluit. S. Heribertus in monasterio Tuitiensi, quod auxilio Othonis III. Imp. extruxit, sepulturam elegit. Cuius hodie sacrum corpus, pretiosæ thecæ inclusum, monachi Benedictini Tuitienses adseruant. Sunt in hoc collegio Canonici numero triginta.

COLLEGIVM S. MARIAE VIRGINIS in Gradibus.

Huius fundator extitit *S. Anno XXXIII.* Archiep. Coloniensis, qui anno 1075. moriens in Sigebergensi Benedictinorū Abbatia à se fundata est cōditus. Sunt in hoc collegio hodie Canonici viginti. Cum hoc collegio